Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25882
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Ecclesiasticus · Cap.m · j.m

Omnis sapientia a domino deo est. Hic incipit liber Ecclesiasticus qui primo fuit hebraice scriptus vt patet per Hieronimum in eius prologo super parabolas Salomonis et dicit aliqui quod iste scriptor fuit Jhs filius Josedech et Jesus filius Symach cuius nepos cum tulit de hebreo in greci. Sed hoc non videtur vere. Nam scriptor huius libri in fine 10 capi fecit mencionem de Symone filio Onye satis pulcre qui fuit summus sacerdos post mortem Jesu filij Josedech per magnum tempus. Nam inter ipsos fuerunt quinque summi sacerdotes scz Joachim Eliasip Judas Johes Onyas. Et ideo dicendum quod primus scriptor fuit Jhs filius Symach et nepos eius qui similiter fuit Judeus et scivit greci cum tulit de hebreo in greci vt patet in prologo et huius cum tulatoris nomen primum ibi tacet. Iste si in processu huius postille dicatur quod actor huius libri scripsit ipsum grece intelligitur de cum tulatore primo. Sed primus et principalis scriptor sub deo tamen fuit ihs filius Symach vt habetur in prologo huius et eius in fine 10 capi. In quo libro ipse nos inducit ad amorem sapiencie et accipit sapiam pro includit omnem virtutem. Dicit accipit in libro sapiencie. Dividit autem iste liber in duas partes quia primo inducit ad amorem sapiencie commendando. In secunda exemplificando que incepit 22 capi. primo adhuc in 9 Nam primo declarat actor sapiencie principium. 2o inducit ad eius exercitacionem capi. 2 Cum primum sciamus quod duplex est principium sapiencie unum effectivum quod se tenet ex parte dei. Aliud dispositivum quod se tenet ex parte nostri. Nam ad sapiam requiritur actus libri arbitrij. Ideo primo ponit primum. 2o 5m ibi Timor dni. Ad evidencia primi et etiam in fine dicendum sciamus quod sapia dupliciter accipitur quantum spectat ad positum divina scilicet et humana. Divina vero accipitur dupliciter scz essencialiter et personaliter que proprie sapia genita dicitur et est idem quod verbum divinum. Et pro cons est primum filij. Et igitur dubitatur de sapia loquitur hic actor. Et in fine 22 capi. Dicunt enim aliqui quod de sapia humana. Ideo quia subdit in hac parte. Por omni creata est sapia. Creacio vero non habet locum in deo. Sed contra hoc apparet quod in textu dicit. Omnis sapia a dno deo est. Et cum illo fuit semper et est ante eum. Quod est mensura esse incorruptibilis. Propter quod ante ipsum non est alia mensura nisi eternitas